



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XXXI. Bischof Heinrich von Lebus bestätigt eine Schenkung von Hebungen  
aus Hoppengarten, welche der Rath zu Müncheberg an das  
Nicolai-Hospital daselbst vorgenommen, am 14. November 1355.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

familiariorum nostrorum pingnora quitauerunt et etiam necessaria nobis procurarunt, quando cum exercitu nostro stetimus in quadam insula prope dictam ciuitatem; pro quibus quidem debitis ipsis annuam nostram pensionem dicte nostre ciuitatis Münchberg nomine pingnoris duximus presentibus obligandam, ita videlicet quod dictam pensionem annuam post expirationem annorum, quibus ipsis dicta nostra pensio prius fuerat obligata, singulis annis tamdiu pacifice tollere et percipere debebunt integraliter et complete, donec de eadem pensione predictam summam perceperint integram: tunc dicta et nostra pensio ad nos et heredes nostros libere reuertetur: et propter illam obligationem ipsis hic ut premititur factam alie littere nostre super obligatione pensionis in Eberf-wald ipsis facte manere irritae debebunt penitus et inanes. Datum Berlyn, anno LV, feria III ante festum Penthecostes.

Eadem pensio est etiam ipsis obligata per dominum seniore ut habetur in registro wold. circa numerum LXXIX.

Nach dem Copialbuche des Markgr. Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow, No. 42.

XXXI. Bischof Heinrich von Lebus bestätigt eine Schenkung von Gebungen aus Hoppegarten, welche der Rath zu Müncheberg an das Nicolai-Hospital daselbst vorgenommen, am 14. November 1355.

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum visuris vel auditoris Henricus, dei gracia Episcopus Lubucensis —. Noscant — successores, Nos litteras — honestorum virorum Consulium in Moncheberch — recepisse petencium appropriationem et alia in ipsis litteris contenta nostra auctoritate ordinaria Confirmari, quarum litterarum tenor sequitur in hec verba:

In nomine domini amen — nos Consules ciuitatis Monchberc — profiteur, quod ad altare hospitalis s. Nicolai in Monchberch, ante ualnam vrankenuordensem situm, sex talenta reddituum ecclesiasticorum vni officario et ministro altaris eiusdem sunt perpetue comparata, videlicet reddituum dictorum medietas vna in festo walburgis proxime assuturo et medietas alia in festo s. Martini immediate sequenti, singulis annis perhenniter capienda et tollenda et sic sibi de festis succedentibus annuatim continuando: et istorum reddituum ecclesiasticorum duo talenta de prefectura ville Hoppegarde et tercium de molendino ibidem sunt percipienda, et de vna curia quinque mansorum, prope curiam sculteti in Hoppegarde proxime sita, tolentum quartum annui census deriuatur. Insuper in villa prenominata adhuc septem mansi deserti et non possessi remanent, quos triginta solidos Brandenburgensium denariorum in pensione annua quando domino concedente coluntur valere estimauimus et presentibus estimamus, qui mansi quamdiu sunt infructuosi, nos memorati consules presentes et futuri de mera nostra voluntate triginta solidos denariorum de nostro consistorio annuatim dare arbitramur, Tali tamen interposita conditione, quod predictis mansi factis fructuosis, extunc pro donatione triginta solidorum nolumus peramplius ab aliquo ammoneri, ymmo ab hiis solidis esse penitus liberi et soluti. Tunc decem solidi Brandenburgensium denariorum, qui-

bus numerus sex talentorum integratur, de scabinorum nostrorum officio seu scabinatus sede perhenniter et indubie debeant deriuari. In testimonium premissorum nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L quinto, in vigilia omnium sanctorum.

Nos igitur Henricus episcopus antedictus — iussu petitionibus dictorum confulum inclinati — predictam appropriationem ratam et gratam habentes eam — — confirmamus —. Actum et datum vrankenuord, sabbato infra octauam beati Martini, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L quinto.

Nach dem Original.

XXXII. Urfehde Henning von Alm's und Anderer vor dem Vogte des Landes Lebus und dem Rathe zu Müncheberg geschworen, am 14. Dezember 1355.

Ich henning von alm, henning vnd henning von louwenberk genand, Henning vnn henning, Kurouber genand, vnd Ditherich Stift bekennen offinbar vor allen guten luten in disem brife, daz wir mit guten willen vnd mit vorbedachten gesuoren haben orseyde mit gesampte hant vnd vor vnse vrind vnsem hern, dem Marggrafen tzu brandenburg, Sinen mannen, allen steten vnd dem gantzen lande, daz vir vnsem hren, dem Marggrafen, Syne manne, allen steten vnd dem gantzen lande nimmir geschaden wollen, an keynen stücken, an raube, an Dube noch an behufunge besir lute. Wo wir an sogetanen stücken vunden vorden vnd damit betreten worde, so solle wy dez hoesten rechtes bestanden sin ane recht vnd ane rade. Ouch gelobe wir —, daz vir nymandis vmme di sache verdenken wollen, her sy wer her sy etc. Alle disse beschrebin stücke vnd gelobde, der sin getzug die vesten manne, her herman van Wulkow, eyn Ritter vnd eyn voyt tzu lubbus in dem lande, claus Polnitz vnd Jan balbirnik, Petir schulte vnd coppe Dröez vnde andir vil gutir lute. Dez wir di vorgenannten stücken stete vnde gantz halden wollen mit guten willen, habe wir tzu orkunde vnser allir Ingefigel an disin brif hangen, dor gegebin ist tzu moncheberg vor den Katluten genemlich nach gots gebort Dritzenhundert Jar, Danach in dem funf vnd funftzigsten Jar, an dem Mantage nach sente Lucian tage der heyiligen Juncvrowen.

Aus einer von dem General Herrn von Barfus mitgetheilten Abschrift des Originals.